

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Joh. Jonstoni Thaumatographia Naturalis**

**Jonston, Jan**

**Amstelodami, 1661**

**Caput XXVII**

**urn:nbn:de:bsz:31-97032**

sensu accidente caloris, aperta panduntur. *Lysimachia* insigne contra pestem remedium est. Invenit eam apud Cenomanos tuſcici. Altius quippe homini adaligata, deorsum pestilens impellit virus, collectumque tandem inibi, sursum regredi non patitur. *Ruell.* *de nat. stirp. l. 3. c. 78.* Iumentis discordantibus jugo imposito, asperitatem cohibet. *Lotus* arbor est ingens paula ramorum opacitate laſciva. Hatum sex H. S. millies aestimavit *Domitius*. *Plin. l. 17. c. 1.* Dutaverunt ad Neronis incendia, quibus cremaverat urbem annis centum octoginta. Est & herba in Ægypto, hoc nomine, qua recedentibus aqua Nili riguis provenit similis fabæ. *Plin. l. 13. c. 17.* Fructus ei in capite papaveri similis incisuris, intus grana. Incolæ capitain acervis putrefaciunt; mox separant lavando, siccata tundunt, eoque pane utuntur. Sole occidente papavera ea comprimuntur & integuntur foliis. Ad ortum autem aperiuntur, donec maturescant, flosque qui est candidus decidat. Panis ille inter remedia habetur. *Plin. l. 22. cap. 21.* Conſiat enim eos, qui illo vivunt, nec dysenteria, nec tenesmo, neque aliis ventris infestari morbis. Nihil eo dum calet levius, refrigeratus difficultius concoquitur.

## C A P U T XXVII. DE MALABATHRO, MALIS Punicis Affyriacisque, nec non arbo- re Mangue dicta.

**M**alabathrum folium est sui generis, quod Indicæ gignunt paludes, lentiſ palustris modo, aquis si- ne radice innatans. Id collectum statim transiunt li- no, reconditum siccatum. *Dioſc. l. 1. c. 11.* Tradunt siccatis æstivo fervore aquis, humum aridis fruticibus urti: quod ubi non evenerit, ne amplius quidem re- nascitur. *Mala Punica* in tria redigit fastigia *Dioſc.* Vni dulcia, alteri actia & acida, tertio mixta adſcri- pſit & vinosa. Acida nitescere & dulcia fieri tradunt;

ſſ ſuſſ

si suillo aut humano arboris radices stercore foveantur, & vetere saepius irritantur urina. *Math. l. 1.*  
*Dioſc. c. 127.* Servantur incorrupta anno toto, si cum fere matura fuerint petioli, quibus pendent, incorqueantur in arbore, vel si postquam decerpta fuerint, argilla aqua resoluta, undique oblinantur, ac pluribus insolentur diebus. Immerguntur etiam in ferventem aquam, statim eximuntur, & Soli siccanda per octo exponuntur dies. *Malus Assyria* omnibus hotis pomifera est, aliis cadentibus, aliis maturefcientibus, aliis subnascentibus. Tentavere gentes, inquit *Tlin. l. 12. c. 3.* transferre ad se propter remedii praſtantiam ſilicibus vasis, dato per cavernas radicibus spiramento; qualiter omnia tranſitura longius seri artiſſime transferri que meminiffe conveniet, ut ſemel quaque dicantur; ſed niſi apud Medos & in Perside naſci noluit. *Doldius* ſcripit referente *Libav. de orig. rer.* *Malum Assyrium* cum ſecaretur prægnans alio inventum fuſſe, quod latuerit in eo tanquam matrice ſuo pediculo annatum. Quæſitum de modo generationis; & videtur, fuſſe plura in ſutculo poma anguste locata, & priore tardius crescente ex affluxu præceptuque nutrimenti celerius promovisse ſupra incumbens, quod preſſu ponderis in ſe admisit minus, atque ita ambiit. *Mangueis* arbor est in regione Temiſitan; ex cujus perterebraꝝ caudice, ſuccus profluſt aqueus. Si quis ex eo largius biberit, obſtupescientibus ſenſibus ebrietate laborat. Cortex ad ſila percommodus eſt. Lignum ad acus, frondes propellendis morbis & integendis caſis aptiſſimæ. *Majol.* in colloq. de plantis.

## C A P U T XXVIII. DE MOSCHO, MUSCO, & MACANILLO.

*Moschus* in cuiusdam animalis naſcitur umbilico. Duo hujus animalis deſcribantur genera. Vnum capteꝝ ſimile eſt, unico atmatum cornu, prægrandi